

7027

Alleg. Deo DE *Deo*

TRIVM REGVM
 IAPONIORVM LEGATIS,
 QUI NYPER ROMAM
 PROPECTI, GREGORIO
 XIII. PONT. MAX. OBEDIEN-
 TIA M PVP. LICET PRAE-
 STITERVNT.

VARIA

*Reg. Lethaeum mirifici detellere, et pavoris animas
 animas ad maximas Deo gratias agendas vobis
 menter excitare possunt.*

4480


*Alleg.
 Deo
 Deo
 Deo
 Deo*



*Alleg.
 Deo
 Deo
 Deo
 Deo*

ANTVERPIAE,

Excudebat Martinus Nutius ad insignis duci-
 rum Cyclostorum. Anno 1582.



AMPLISSIMO

CLARISSIMOQUE VIRO
CHRISTOPHORO AB ASSON-
LEVILLE REGIAE CATHOLICAE MA-
JESTATIS IN BELGIO, PRIMARIO
SENATORI.



*In hoc senescientis labentisq[ue]
ecclesiae auro, quocumq[ue] per to-
tam paene terrarum orbem,
iniquitate innalescente, mul-
torum refrigerio caritas,
nihil esse arbitror Amplis-
sime Domine, quod ad stabiliendam in nobis
antiquam & orthodoxam fidem plus afferat mo-
menti atque illa divinatorum prodilionum de
orbis universi nationibus & regnis, non ad Cal-
vinianam, Lutheranam aut Anabaptiticam
perfidiam, sed ad hanc eandem quam à maio-
ribus acceptam, Dei beneficium, sub uno Patre
supremo Rom. Pontifice inconvulsum retinendum
fidem traducendis, constanti & succedentium*

42

libri

DE
SACRAE MAJESTATIS
CATHOLICAE REGIAE

LEGATIONIS
LEGATI

CHRISTOPHORO AB ASSON-
LEVILLE

REGIAE CATHOLICAE MAJESTATIS
IN BELGIO, PRIMARIO SENATORI

LETTERA

DE

LA

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

[Handwritten notes]

[Handwritten notes]

[Handwritten notes]



MISERERE

[Faint text]

[Faint text]

sibi manus reuocant ferit continentia imple-
tis. Nuncpe hoc illa Prophetarum pertinens in-
diuini expressa scriptura; oracula. Isa. 49. Pa-
rum est michi et seruis tuis sis ad suscitandas
tribus Israhel & ad seruos Israhel conuertendas:
ecce dedi te in lucem gentium ut sis salus mea
usque ad extremum terra. Et quod interiectis
pauis idem subijcit Vates: Ecce illi de longe
venient & ecce illi ab Aquilone & mari, &
illi de terra antitana. Laudate eam & exultet
terra: tubilate montes laudem quia consolatus
est Dominus populum suum. Hoc & illa Regij
Propheta pro seruitute ecclesie deprecationi per-
tinet oratio. Pl. 70. Deus decuisti me a iuuitate
mea, & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.
Et usque in senectutem & senium, Deus ne derelin-
quas me. Donec annunciem brachium tuum
generationi emi qua ventura est. Ad omnem
profecto generationem qua vbiuis terrarum fi-
ta est, euangelij debuit predicatio penetrare, ut
gentium plenitudo intraret. Quod dum ferti-
lim & in barbararum nationum ad Christi
ecclesiam uocatione impleri conspiciamus, ex
ista diuinarum promissionum infallibili veri-
tate, non secus aduersus omnem fluctationem
in Romana & Apostolica fide roboramus, atque
vltim dediti sumus Augustinam in Catholica &

Romana

Romana fidei professione reuocatis populari &
gentium diuersissimarum consensu; reuocatis
auctoritas, miraculis inchoata, spe nutrita, pari-
tate aucta, vetustate firmata, reuocatis ipsum
Catholica ecclesie nomen; reuocatis ad extremum
illa ab ipsa sede Petri, apostolice usque ad tem-
poris illum Episcopatum continuo successu Sa-
cerdotum. Laudandus prouide uelut est & in-
defessus labor eorum qui ex Societate uicinijs
I. E. S. P. ad remotissimas atque amplissimas In-
dorum Iaponiarumque regionis ad Apostolica
legationis obsequium uocatis ablegati, longe
maximam in Romanam, hoc est, in orthodoxam
& Catholicam Christi Ecclesiam inuenerunt
fregitum; nec tantum populi multos, ad spiran-
te illis Dei gratia, sed Reges citum Gregori in-
tegra ad Christianissimam & ad eandem nobis-
cam ecclesiam suis corporis circumagere adduxerunt.
Quo numero illi cum primis Iaponici Re-
ges sunt habendi qui ante paucos annos ad
Tertiumdecimum Gregorianum, per longissimos
itineris tractus, emissis Legatis, Pontifici Ma-
ximo, Romanoque ecclesie in Amplissimo Illu-
strissimorum Cardinalium & quatuordecim ordinis
Procerum consensu, obediunt iam publicè prae-
stiterunt. Horum huius breuicium & historicum idem
narratiuam, adiectis epistolis ueris qua

de illarum in Japoniam reversione, & de ea
qua ad fidei Catholicam interdu facta est accessio
ne, si armam de illius gentis meribus & inois-
tis quibus ante veri Dei cultum imbui erant
superstitionibus, ab illis Societatis IESU Sa-
cerdotibus, qui in Euangelio illic laboris, scripta
& accepta supererime fuerunt. Qua omnia à
Reuerendo P. Ollmerio Mazarin, Societatis
IESU in Belgio Provinciali Praeposito, in la-
tam edere iussit, cui etiam hortatu, clarissi-
ma Amplitud. tua nuncupat, ad eam qua ex
fide est adificationem, tua in primis Ampli-
tud. deinde vero ceteris omnibus qui ea lectu-
ri sunt pond dabit profutura. Quod reliquum
est Amplif. clarif. Domine, Deum eps. max.
ora ut tua Amplitud. Belgio huic nostro multis
nominibus infelicis, atque astricto, sin incolumit
seruare dignetur. Louano 11. Calend. Mar-
tias 1593.

Clariss. Amplitud. tuae obseruantiss.

Henricus Cuyckius.



ACTA CONSI-
STORII PVBLICE
EXHIBITI

A. S. D. N. GREGORIO PA-
PA XIII REGVM IAPONIO-
RVM LEGATIS ROMAE DIE
XXIIII MARTII, M. D.
LXXXV.



Edente Gregorio XIII.
Pont. Max. in aula Regi-
bus admittendis, eorumque
legationibus destinata, die
XXIII. Martij 1585, ma-
tutinis horis, in amplissimo S. R. E. Cardi-
nalium consilio, & magna Principum, An-
tili frumq; frequentia, summo omnium or-
dinum studio, & celeberrimo comitatu, in-
troduciti Regum Iaponiorum legati duo,
Mantius, & Michael (qui idem Principis

Omnia) & de legationis eius de comitibus
Iaponiis precipue nobilitatis item duobus
liter, Martinus nomine (nam alter, Iulia-
nus, graui morbo implicatus tenebatur)
post solemnem, Summi Pontificis adora-
tionem, & beatorum pedum oscula, ab eo-
dem eximia cum significatione beneso-
lentia & caritatis accepit, in locum à De-
signatore prestiturum magna cum mode-
stia secesserunt. Posthac, allata ab ijs

Regum litera, publice recitatur
ex Iaponico in Italica sermo
pè, atq; in Latinum de-
inde conuersa, in
hac verba.

LITTE-

LITTERARVM

EXEMPLA REGVM

IAPONIORVM, AD GRE-

GORIVM XIII

PONT. MAX.

FRANCISCI REGIS

BVMOL. &c.



Vniuersi Dei auxilio suppliciter
implorato, magna cum humi-
litate ad Sanctitatem Vestram
scribere aggredior. Dominus
rector cæli terræque, cuius im-
perium super solem, lunam, &
bellas, ignorantibus mihi, & profundis immerso te-
nebris, claritatis sue lucem iulius splendescere,
ac nostratibus precipue populari referant arcem
sue misericordie atque gemmarum, dignatus
est ante annos amplius quatuor & triplicem delin-
nare in hac Iaponia regna Patris & Societate
Iesv, quorum è salutari ac divina semente, non
nihil in meum quoque, Dei benignitate crecidit
pectus. Quod ta insigni beneficiu, aliisq; multa
ò Sanctissime totius Christiani populi parens,
vestra potissimum precatoni meritoque accep-
ta equi-

ta equidem refero. Ac proinde, nisi me bella, & sitium, & afflictiva valetudo impedirent; conferrem ipse me ad visitanda ac veneranda sacratissima isthuc loca, ac simul obedientiam exhibens, pedes V. Sanctitatis possi pia ipsorum oscula, capiti meo super imponerem; & sanctissima vestra manu, pedum meum signo Crucis muniendum curarem. Sed quoniam ijs quas dixi causis impedior, sororis vestrae filium D. Hieronymum Regis Fiume filium cogitabam legare pro me. Verum quando is in praesenti longè abest, & P. Visitatoris instat profectio; D. Mantium, eius consobrinum, eodem nomine mittere visum est. A V. Sanctitate magni beneficii accipiam loco, si pro ea qua fungitur in terris Dei vice, meque de Christianum hunc gregem, ut facit, fouere atque adiuuare perrexerit. Reliquiarum thesaurum per eundem P. Visitatorem à V. Sanctitate mihi dono transmissum, accipi libens, ac meo reverèti venerandum imposui, ac que ob id V. Sanctitati gratias ago habeoque raras, ut explicatis ijs nullae neque linguae neque ora sufficient. Non ero legior; quippe tum de Regni huiusce rebus, cum de me ipso coram ex P. Visitatore, & ex D. Mantio plura cognosceri Sanctitas V. quam ego verè & ex animo adorans, multo cum timore ac tremore habere literas exaravi 21 die Ianuarij, anno post Dñi aduentum. M. D. LXXII. *Suspensus.*

Adorando, & celi regis locum in terris obsecrans
magno de Sanctissima Papa,

Suspensus.

Sanctissimi pedibus Beatissimae Vestrae Sublimes
Franciscus Regi Rex,

P. R. O.

PROTASII REGIS ARIMANORVM.



V. Dei gratia deuotiss. & humiliter haec literas offero Sanctitati V. Auct. hoc bicarium, qui fuit annus à b aduentu Domini M. D. LXXII. per Quadragesimam, quibus maxime diebus pretiosa passio Domini nostri Iesu Christi recolituris magni belli tumultibus, magna meorum rerum familiarumque meae perturbatione, & inique in profundo gentium tenebrarum iactemini, dignus est Pater misericordiarum, haecem veritatis, & rectum ad salutem iter ostendere per venerabilem Visitatorem, aliosque verbi Dei praedicatorum Societate LXXXII, qui etiam me adiuuauerunt, perque baptismi sacramentum, super me meosque diuinae gratiae rorem à caelo deuocarunt. Pro quo tali ac tanto beneficio miratus, infinitas Regi calorum ago gratias. Comque Sanctitas Vestra Christianum gregem vniuersum moderetur & pascat, valde mihi fuit optatum, istuc venire, coramque humili strati magna cum submissione exhibere illi obedientiam; & post pedum oscula beatorum, eosinet meo capiti superimponere. Sed quoniam rebus varijs impedito id mihi non licet; mitto cum eodem P. Visitatore, patruelem meum D. Michaelem, uti pro me hoc munere pietatis officijque fungatur. Ex eo ipso mea vota, & alia cognosceret V. San-

V. Sanctitas: ac proinde non ero fulsor. Quam
ego ex animo sincero & humili venerabundus
adoro. Die 8. Januarij, anno post Domini ad-
uentum. M. D. LXXXII.

Inscriptio.

Reddatur epistola magno Illi sancto Do-
mino, quem adoro Dei vices gerentem.

Subscriptio.

Sanctitatis Vestre subternitur calcetis
D. Protasius.

BARTOLOMAEI PRIN- CIPIS OMVRANORVM



Esse ne crimen audaciq; subeas:
attamen cum Regis coloru gra-
tia, radem hanc epistolâ offero
Sanctitati V. quæ cum in terris
locum obtineat Dei, ac sim ad ex-
ipsum doctrina & magisterio,
Cunctisq; populis pendeat vniuersis, quum
sine fuerat, memet maria transmittere, ipsumq;
ad V. Sanctitatem inuisendam venire, sacrosque
eius pedes post pia illorum oscula super meum
caput imponere. Sed quo minus hoc fungar of-
ficio

scio, moles me hoc tempore prohibent. confis-
Nuper ad hæc tam remota loca iustranda P. Vi-
sitatorè Societate Iesu contendit, multisq; re-
tibus pat ac laudabiliter institutis, iam nunc re-
dit in patriam: qua ego tam præclara occasione
inuitatus, desisse nolui, quin fratris mei filium
D. Michaelis cum eo miseret ihuerqui licet mu-
neri tanto sit impar, tamen gratissimum fuerit
mibi, si cum V. Sanctitas ad beatorum pedum
oscula admiserit. Interca V. Sanctitatem supplere
oro, obsequorq; ut mei memoriam conserua-
re, meque & Iaponici hostes Christianos fouere
digneat. Id enim in votis est mihi. Reliqua ex
P. Visitatore, & ipso D. Michaelis coram cognos-
cet Sanctitas V. quam ex animo adorans, cum ti-
more scripsi. Die xxvij. Januarij, anno post Do-
mini aduentum. M. D. LXXXII.


Inscriptio.

Sublatis manibus adorans offero hæc San-
ctissimo Domino Papæ, magni Dei
vices gerenti.

Subscriptio.

Ego D. Bartolomæus sanctis eius pedibus
humis subternitur.

RECI-



RECITATIS

LITTERIS, ET SILENTIO INDICTO, IPSORVM

Legatorum & Regum nomine, feruent

Oratio est habita à Gaspare Gonfialvo

Lufitano, Presbytero Societatis *I E S V*.

ORATIO HABITA IN LEGA-

torum Japoniarum introitu.



IAPONIORVM insulas tamq locorū ac marium intervallo à nostris regionib' natura distinxit, vt tenuissimo nominis vestigio paucissimis apte cognitais, ceteris omnibus ignotas, nec etiā nonnulli vt esse credāt vix adduci posse videantur. Sunt tamen, Pater Beatissime, & sunt numero multae, magnitudine amplissimae, vrbibus frequentes, hominum ingenis, ac militari- bus studiis vique adeo praestantes, vt qui eas viderunt, ceteris, illius caeli regionibus longè antecellere, non solum verò vt comparari possint, ni-

hil

hil illis aliud quàm religionem, qua carebant, et vere fidei lucem desesse credant. Et quidem illa non multis ante annis Apostolice huius Sedis auspiciis, in remotis adeo locis disseminari coepit, exiguū fuit principio (quod nascente quondam Ecclesia factum esse scimus) à reuulsione primū hominibus, mox optimo, maximoque Deo incrementum afferente, paulatim à nobilitatibus recepta, tandem superioribus annis, atq; in primis felicissimo tuo, ac plane auro Pōsticato, Pater Beatissime, ad Principes, ad Dynastas, ad Reges peruenit. Hoc tibi cum laetum ac iucundum plurimis de causis accidere debere, tum verò maximè quòd multis haereticorū machinis in vicinis adeo locis labefactam, ac pe- ne conuulsam religionem, dum magna animi contentione restaurare pergis, tantum aliud incrementum ad Christi optimi maximi gregem, atque adeo ad Catholicam religionem factum esse videas. Verum huius laetitiae fructum, quāuis tu quidem a totis viribus accipere, nonnulla etiam ex parte degustare animo potueris, tamen hodierna die vel maximum haurire oculis, & in totius curte luce palam oblatum, manus ipsa contingere, ac plenissimam ex eo voluptatem non capere tantum animo quasi propriam, sed ecclē- tis etiam, quasi Ecclesiae totius communem, potes impetiri. Quantis enim gaudio Ecclesiam vniuersam, quantis populū Romanū exultare par est, cum hodierna die videat nobilitatimorum Principum legatos ex Japonensium insulis, hoc est, ex vitima omnium terrarum finibus

bus

bus, religionis ergò, quod nullis ante sæculis at-
ditum est, tibi ad pedes acciderè, & bellicosissi-
mos Reges, fidelis armis & Evangelij prædica-
tione perdomitos, ad team, hoc est, Christi ditio-
nem accedere, & quod ipsi per se non possunt tã
tũ locorum spatij distineti, per hos tibi amore
ac sanguine coniunctissimos, obedientiam tibi,
ac fidem polliceri. Ego vero ipsi tante magnitu-
dinem mecum ipse reputans, nihil censeo sum a-
mo religionis Antistiti iucundius, nihil huic ora-
disi præclarior, nihil Ecclesie vniuersæ, ac pò-
pulo Romano accidere potuisse gloriosius. Be-
stiam se quendam, ac feliciem *Cæsarè Augustò*
Imperatore Roma esse credidit, quòd eius prin-
cipatu Romani imperij nomen ac fama, longe
ad eò latè, propagata erat, ut eius amplitudine
commoti nonnulli Indiè populi, amicitia com-
ponendæ gratia legatos ad Cæsarem destinasset.
Concurreret vndiq; populus ad inspiciendum
insularum hominum genus, nouos Romanis
vultus, insolitos habitus, inauditum sermonem
oculis atq; auribus audissimè hauriebat. Sed a-
grè iam legationem illam Indorum cum hæc la-
pocensium legatione suppleet conferamus. Erat
illa quidem ex remotissimis terrarũ oris, at hæc
quanto ex remotioribus: tũ longissimo primũ
tempore ex lapone ad Sitarum portus, inde ad
auram Chersonesum, mox in Indiam veniendũ
fecit, vt ex India tandem in Lusitaniam nauigari,
ex Lusitania verò, Hispania quàm longa est, per-
agrata, toto tricenario partim in itinere, partim
in navigatione posito, Romam vltimò ad Gre-

goriam

goriam Post. Max. posset perueniri. Iam vero
Augusti temporibus, Romani tantum imperij
nomen in India audium, nunquam arma con-
specta, verũ illam nunquam explicata fuerant: ami-
citiã à Romanis Indi vt socij flagrabant, non
obedientiam offerbant: factus ab Imperatore
quasi pater, non tamquam à superiore viuendi
legis postulabat. At nos hodierna die Romæ in
hoc ipso orbis terrarũ theatro amplissimo quid
videmus? Hos nimirum summo loco natos, ac
regie familie iuvenes, Gregorio Pontifici max.
ante pedes procumbere, ac suorum Regum no-
mine non amicitiam petere vt pater, (quamuis
amorem sibi vt filij pollicentur) sed obedientiã
offere vt subditos: & qui ceterorum hostium
armis ex omni hominum memoria, quod ego
quidem sciam, nullam de se vnquam victoriam
cõcesserunt, illi in suis hodie regionibus victri-
cis Christi signa Gregorio doce explicata tota-
tentes, inuictissimis se armis Romanæ fidei, hoc
est Christianæ ac catholice, superatos esse liben-
tissimè consentunt: quòd eam sibi victoriam nõ
minus salutarem fore potest, quàm terrarum
orbis vniuersus Ecclesie iucundam, tibi verò
Pater Beatissime, cuius auspicijs Deo bene in-
uante parata est, existimet esse gloriosam. Et qui-
dem quod ad Ecclesiam attinet, multũ illa quò-
dam tunc felicitate gloriæ accessisse existima-
uit, cum Gregorij Magni temporibus, sanctissi-
mi illius Pontificis industria ac opera amplissi-
mam Angliæ insulam, & toto, vt ait ille, diuisos
orbe Britannos, ad Christi fidem adiunctos esse

B

vidit

videtur: sed quantum illo Pontifice glorie vnus in-
sula accessione acquisisse videbatur, eorum suis
ornamentis illius postea defectione detractum
esse moribus. Sed ecce tibi altissus Gregorij
diligentia ac felicitate summa quæquod illa sue
glorie deesse dolerit vnus in insula loco insula al-
tera, immo verò in insula plures ac reges, & toto à
nobis arbe, toto mari diuisæ gentes magno nu-
mero ad Ecclesiam accesserunt, vt præterito il-
lo damno, quod sanè fuit maximum, non mino-
re fortasse lucro, spe verò etiam maiore cupula-
tissimè compensato, pristinum animi in orationem
nono gaudio, & incredibili Ecclesie totius incen-
ditate leuare liceret. Quam mihi Ecclesie com-
mune publicamque lætitiã, tam multis ante
sæcula præsum, multo etiam inuocantior suis
carmibus diuinis vates facere videntur. Videor
enim mihi hodierna die regum Prophetam, dñi
incognitam superioribus sæculis nationem, tan-
ta hominum multitudine ad Ecclesiam accessis-
se gaudentes diuinum illud carmen Ecclesie no-
mine quasi ad citharam concentum audire. Po-
pulus quem non cognoui seruasti mihi in audi-
tu auris obediuit mihi. Quod si quis paulatim
notor esse putat, quàm vt de te præteriti dictum
esse videatur, quid illud Etsi vaticinium? Non
hucus diei propriam esse censetis, non Romanæ
Ecclesiam præclaro illo carmine à diuino vate
appellatum esse iudicabit? Venter, inquit, quam
nesciebas, vocabis, & gentes quæ te non no-
uerant, ad te current propter Deum tuum, & san-
ctum Israel qui glorificauit te. Nec verò in tam
publico

publico omnium studio sanè à nobis operam
sentior ille Tobias desiderari poterat, quin post-
ferentem Ecclesie felicitatem gratulatus, illa qua-
si cygnea voce communem omnium lætitiã ex-
citantibus. Lucet, inquit ille, splendida, fulgebis, &
omnes fines terræ adorabunt te: nationes ad te
venient de longinquo, & terram tuam in sancti-
ficationem habebunt. Ne verò sibi heretici de
Romana Ecclesie contempta nimium blan-
diantur, Maledicti, inquit, erant qui contempse-
runt te, & maledicti erunt omnes qui blasphemauerunt
te. Beati omnes qui diligunt te, & qui
gaudent super pacem tuam. Sed me necio quo mo-
do diuinarum carminum suauissimus concen-
tus mei ipsius quodammodo oblitum longius
à proposito abduxit, quam initio pararam. Que-
re vt eò redeat oratio (quod huius pontificum
temporis, atque huius loci, meique matris vi-
detur esse,) habes in conspectu tuo, Pater bea-
tissime, regio horum iuuenes, qui sanctorum ad te Re-
gum, quibus sunt sanguine & a morte conuulsi-
sissimi, mandata deserunt: quorum siue nobilita-
tem generis, siue religionis studium, siue in Ro-
manam Sedem obseruantiam longissima pere-
grinatione comprobant spectare velle, dignos
sanctissimorum pedum osculo, dignos benedi-
ctione tua, dignos in hac ætate omnium admi-
ratione iudicabis. Enimvero per illo sepum necio
quem, hominem aliqui vauissimum, tamen
ob insignem differendi cupiditatem longinqua pe-
reginatione suscepta, quantum ad eò omnino in-
tiquitatis mirata est, quantum oculis posteritas

commendavit Intrauit ille Persas, pertransiit
Caucasum. Albanos, Scythas, Messagetas (vt His-
torum verbis dicam) & opulentissimam Indi-
gna penetrauit, vt Hierarchy in throno sedentē
surco, inter paucos discipulos, de natura, de fide
rum motu, de dierum cursu docentem audiret.
Magnum & inusitatum, sed tamen inutile ac va-
num vultu hominibus discendi studium. At in his
quanto admirabilior religionis amor, quanto fi-
dei cupiditas ardentior, quibus hac via de causa
tanto longinquior suscepta est peregrinatio?
Quantaliam enim orbis partem ille philosophus
obuiat, si cum ijs conuersatur, qui Maria, regna,
nationes, & quantum serē aquarum ac terrarū glo-
bus complectitur, ab extremis eius finibus emen-
si, Romam vsque ad hanc Christianae fidei arcē,
Ecclesiae munimentum, religionis praesidium pe-
netrarunt? Maior profectū ipsorum labor, arden-
tius studium, difficilior peregrinatio, sed multo
etiam maiore lucro, & fructu longē vberiore
compensatur. Nec etiā illi hodierna die inter
paucos discipulos Hierarchy, sed in hoc purpu-
ratorum Patrum amplissimo consessu Grego-
rium XIII. intuentur, non in throno sedentem
surco, sed in beatissima Petri sede positum, non
differentem de siderum ac caeli cursu, sed qua fi-
de, quo operum cursu in caelum tendendum sit,
certissima ratione ostendentem. O gratum ocu-
lis, & iucundum animis spectaculum. Multa illi
quidem tam longis terrarum spatija viderunt,
multa spectarunt, mores hominum diuersos, re-
gna multa, & varia naturae miracula contemplant
sunt

sunt, sed nullius ad eō rei specie, quam rō hodie
conspicui recreati sunt, Patre Beatissime. Nunc
bonē collocatos labores suos, nunc susceptis im-
meris & nauigationis molestias iucundas esse pu-
tant. Sed hanc sanctorum laborum ac peregrina-
tionis tam iucundum ac suauem fructum tum
demum arbitrantur fore plenissimum, si Regum
illorum obedientiam, a quibus tanto intervallo
ad te missi sunt, si promptum paratumque ani-
mum, si testatam litteris fidem paternam ipse ani-
mo, ac benigne suscipias: quod sanē vt facias, tu
morum ac naturae tuae bonitas singularis, tum
Regum illorum religio, & praesclara in fide Chri-
stianam merita non postulare modō, sed quodā-
modo etiam videntur flagitare: Franciscus enim
Rex in Iapone potens, atque inter primos illarū
regionum iure numerandus, nuper ille quidem
fide suscepta baptismo expiatus est, sed multis an-
te annis Christianā religionē ac fidem tam pri-
mum in sua provincia nascentem ac teneram, vt
quae adeo fuit, vt quidquid in religionis nego-
tio in Iapone perfectum est, illius industria ac li-
bri secundum Deum acceptum referatur. Ille
Franciscum Xauerium praesclara sanctitate virū,
ex eorum numero, qui minime Societas so-
lita cum Ignatio, Lolola fundamenta posuerunt,
cum primis omnium ad eas insulas appulisset,
humanitas nē cōplexus, libere in suo regno Chri-
stianam fidem praedicare voluit. Ille ceteros E-
uangelij ministros, qui Franciscum postea ad eas
regiones sunt cōsecuti, tam longē à suorum cō-
gressu positos, & inter remotissimas nationes,

omni per se nullis atque ope destitutos, singula-
riamortuac beneuolentia profectus, nihil desi-
derare passus est, quod ab optimo Rege, ac no-
strae religionis amatissimo optari posset. Illa
adoris nostris tunc ad praesens provincias pa-
tesceti, ille vicinorum Regum amicitiam ac fauo-
rem lateris ac nutijs conciliauit. Ille in maximis
suis periculis, inter grauissimas bellorum tempe-
states ac hostium, ut nostri salui & securi esse pos-
sem, diligentissimè curauit. Quid aliud tam ami-
co Regi, tot beneficiis susceptis, religione ac fide
ipsius potissimè fauere propagata, quam reli-
gionem ipsam ac fidem nostram operaret? Dilata-
ta est diutius quam uellema sed ita tandem sin-
gulari Dei Optimi Maximi beneficio omnium
uota consecuta est, ut quantum optimo Regi de-
bitum mora illa potuit seruasse, tantum hodie
incredibili fidei seruore recuperasse uideatur,
Dici profectò non potest quanto religionis stu-
dio inflammetur, quanto propaganda fidei amo-
re ferueat, quam concitato cursu ad summum om-
nium uirtutis fastigium feratur. Tui uero uide-
di, Pater Beatissime, ac sanctissimos pedes oscen-
dandi quanto desiderio flagrare, uel hoc uno po-
tèst intelligi, quòd cum ipse grauissimis regni ca-
ris, etate etiam impediretur, hunc Manicum qui
uideri, ad hoc sibi genos officij uicarium substi-
tuerit, quem uicem nobilitate primus, Flange-
nicorum Regis nepotem, ac sibi multis de causis
costantissimum in suo regno habere uideba-
tur. Per eum uero id postulat ardentissimè, ut o-
bedientia, & obsequia in te sua uerificatione
suscepta,


suscepta, inter Ecclesiae Catholicae, atque huius
beatissimi Sedis filios numerari possint. Idem uero
etiam concedit Protadius Rex Arimensis, in-
teris testissimus, huius Michaelis quem ad te
haec de causa misit, patruelis frater. Idem Bartolo-
maeus Quorum princeps, Arimensis Regis, ac Mi-
chaelis eiusdem patris carissimus. Aique ut o-
gò hodiernis die de Arimensi Rege tacuim, eorum
tantum religionis ac fidei argumenta clarissima
de Bartolomaeo tamem facere non possum, quia
aliquid dicam. Hic est ille Bartolomaeus, Pater
Beatissime, qui Principum omnium primus in se
Christianus in lapone cum baptismo susceptus,
tanto animi seruore ac studio, ut delectis ubique
Idolorum statuis, electis in suis urbibus supersti-
tione, multis ab eum eorum periculis aduerti, to-
to fere principatu ac ditione expulsa, non solum
à suscepta religione non discederet, sed incredi-
bili animi fortitudine, ac praesentibus mo Dei us-
tine recuperata ditione, multa etiam quam ar-
te constantius in sententia perseveraret. Qui si
per se ipse praesens hodie potuisset, quod per
hunc Michaelis facti, ut Sanctissimus tuus pedes
osculari, & Apostolicam benedictionem percipere
à praesente posset accipere, tum uero se felicem,
ac plane beatum esse censeret. O Deum immor-
talem, quid hoc est! In remans adeò locis cum
longe à Romana Sede, ubi nonquam antea Chri-
sti nomen, nequam Euangelium audiret erat,
cum primus hinc religionis ac fidei lux afflueret,
homines nostrorum morum infidelissimos, et
gno clari, suorum affluentes, bellorum filiorum
E 4 ligata,

ignes, Romanæ Ecclesiæ amplitudinem & digni-
tatem agnoscunt, & magno sibi honori ducunt,
per eos quos carissimos habere poterant, Summi
Pontificis pedes osculari. Es erant in vicinis ad-
eò regionibus, veritatis luce vsque adeò perspe-
cta, qui tanto se parricidio inquinare audeant, ut
pulcherrimam Christi sponfam, capite truncare,
& Romanæ Sedis dignitatem a Christo ipso ab-
struant, nec sæculorum spatij confirmam, nec
sæculorum hominum sententiis fultam, nec Con-
cilioꝝ exemplis stabilitam, cum summa sua
pernicie in controversiam vocare audeant: Sed
continebo ipse me, nec passiar hodierna die in pu-
blica omnium letitia dolore animi longius abri-
pi, & meam orationem eò truncabo, quod in tā-
tā varietate rerum penè vnum fueram oblitus,
cum tamen cuiusmodi res sit que omnium sæcu-
lorum immortalis memoria digna esse videatur.
Sæpè ego quidem, ac frequenter audieram, non-
numquam etiam legeram, si quis absolutam om-
nibus numeris ac perfectam boni principis ima-
ginem consideret, fore, ut inter illum, & quem
clarissima luce fulgentem in medio cæli globus
solum intueatur, multa in rebus præclare videat
conueniētiæ. Eniuvero solem in illa quasi arce
constitutum, non ea tantum que proxima sunt
ac vicina pertingere, sed remotissimas etiā mun-
di partes illustrare radijs, & que distantiſſima
videatur esse, ad ea quoque virtute penetrare. Nō
multo aliter bonam principem, si modo hoc no-
mine dignus esse velit, non domesticæ familiæ
sue terminis regiam beneficentiam debere cir-
quascri-

circumſcribere, neque intra paucorum locorum, ac
manus includere, sed illius quasi radijs illustrare
vniuersa, & quo ad eius fieri possit, remotissimas
etiam quosque beneficia ornare. Verùm hoc
qui præstare aliqui ex parte vident, fortasse nō-
nulli qui verò id quod vident, etiam velint, pau-
ci omnino reperiantur. Tus vero beneficentia,
Pater Beatissime, cum singulari religionis studio
coniuncta, non huius tantum vrbis manibus in-
cludi, non Italia sinitibus circumscribi, non Ger-
manicis, Bohemicis, Vngaricis, Polonicis, Syri-
acis, Græcicis, non Dalmaticis terminis contineri
potuit: quibus omnibus in locis, partim semina-
rijs extractis, quasi vniuersitatem fidei arcibus,
partim alijs beneficijs immortalis tue liberali-
tatis ac religionis monumenta posuisti, sed longi-
gius etiam procedis, & extra unum quoddam mor-
do solisque vias, ut ait ille, hoc est, ultra Indos
Brachmanum, ac Sinarum terminos ad vltimas la-
tentium Christi fides ac spes peruenit. Cùm primum
enim Christi fidem in illa regione feliciter pro-
pagari ceptam, ea postmodum ratione promo-
uetri posse intellexisti, si quam plurimos luc gen-
tis homines, quorum acerrima sunt & acuti-
sima ingenia, dissemulandi Euangelij mini-
stros haberetis nec decurrere sumptibus, nec rei
difficultate potuisti, quin tibi se tyſſimorum abo-
lescerentur feminariis, maxima tua impensa in-
stans iuberetis, quorum postea predicatione, cum
litteris ac pietate sancti essent excoliti, nihil omni-
no supercellet, quod capulis superstitione, ad
Christi fidem ac religionem non accederet. Pro

ipsa tam eximia, tamque incredibili beneficentia;
 ex singulari propaganda fidei amore profecta,
 te magis tunc suo, tunc publico suae gentis nomi-
 ne tibi gratias agendas esse immortales Legati
 consueverunt, quibus eodem illo anno à te Romae des-
 signatam esse audiunt, quo Principes illi ac Re-
 ges nobilissimi hanc ipsam ad te legationem in
 lapone decernebant: ut non illi citius de obe-
 dientia tibi praestanda, ut filij, quam tu de illorū
 commodis ac salute, ut patris beneficentissimus
 cogitaris. Quo magis etiam sperandum esse pu-
 tant, qui sua sponte vique adeo eom moti tanto
 habentes studio ad fidem accurrebant, eos tunc
 beneficentiae stimulis incitatos, nouis praesertim
 milinum copijs ex illis seminarijs in dies succres-
 centibus, maiore in posterum numero, & studio
 ardentiore ad fidem esse venturos. Ita breui for-
 tu est, Pater Beatissime, ut Deo Optimo Maxi-
 mo Sanctitatis tuae votis, & misericordiae Societatis
 nostrae laboribus fauente, non iam paucas lapo-
 nis vrbes, non regna pauca (quae tibi hodierna
 die quasi quoddam fecundissimi agri primitias
 offerimus) sed plura alia, quibus amplissima il-
 la regio distincta est, & tantam hominum
 multitudinem, quae numero facile cō-
 prehendi nequeat, ad Christi-
 fidem audiat ac-
 cessisse.

AD



AD HANC ORATIO-
 NEM AB ANTONIO BVC-
 CAPADYLIO, SUMMI
 PONTIFICIS NOMINE IN.

*haec verba respon-
 sum est.*



Te me vestrae orationi habet res-
 pondere Sanctissimus Domi-
 nus noster, iuuenes nobilissimi,
 Quod Franciscus Bongi Rex, &
 Protasius Arimanorum, Proca-
 sijque patrum Bartolomaeus O-
 morez Princeps, ab laponiorum insulis remota
 finis vos suos propinquos huc ad se miserint,
 eum quam obtinet Deus benignitate possessione, eo-
 ram venerandae causa, pie illorū sapienterque fecit
 se. Esse enim vnam fidem, vnam Ecclesiam Ca-
 tholicam, vnum huic ipsi Ecclesiae praesidium,
 Christiique gregis vniuersi, hoc est Catholicoꝝ
 omnium, qui vbiq; extarū sunt, Petri succes-
 sione pastorem, Romanum Pontificem. Hoc
 illos vna eum ceteris fidei catholicoꝝ mysterijs
 agnoscere & proficisci letatur, immortalis quoque
 agi gratias dūmque bonitati Sanctissimus Do-
 minus noster, iudicatur hanc esse beatissimam ve-
 rissimam, à Dei gloria atque amicum saluis
 studio

studio profectam. Itaque libentissimè una cum
his Venerabilibus fratribus suis sanctis Romanæ
Ecclesiæ Cardinalibus, hæc illorum fidei, obe-
dientiæ, deuotionis reuerentiam amplectitur,
Opæ atque orat. ut illorum cæcis, regeri quo-
que illarum Insularum, totiusque orbis Reges &
Principes, omni idololatriæ cultu atque errore
abiecto, cognoscant Deum verum & quem ille
misit Iesum Christum. hæc est enim vita æterna.

Hic peractis Consistorium dimissum,
Legati cum Summo Pontifice in aedem
interiores de more deluxissent, ab Illustr.
Cardinale S. Sixti (fratris filio Summi Pon-
tificis) amicitia & honoris causa conuulso
primam exceperunt, dein ad ipsius Pont.
Max. priuatum ac familiare colloquium intro-
missi, multa cum eo de itinere, ac de religi-
one per interpretes conuulerant: inde ad S.
Petri Basilicam adire, ac sacris Apotolorum
luminibus præ salutaris, sub vesperam hono-
rificè domum reducti sunt.

FINIS.

EXTRACTVM
EX LITTERIS ROMA
MISSIS KAL. APRILIS
ANNI 1776.



VATICA Iaponij Legati
his diebus Romam uenerat,
a tribus Christianis Regibus
cum ob causam in Europam
missi, ut Romanum Ponti-
ficem tanquam Religionis
Principem consulerent.

Tribus uicibus magnam Oceanum partem emerit
multisque perfuncti casibus, his tandem diebus
ad Italiam appulerunt, summoque honore Pisa
Florentiæ, & Senis à magno Hebræis Duce ex-
cepti sunt. Cùm uero ad Ecclesiæ Romanæ Pro-
tinctionem accessissent, innumera petitionum equi-
tanque multitudo, honoris & obsequij causa ob-
tulam illis processit. Deus illis equorum turmas
Summi Pont. ab Urbe misit, quibus sepi a a
Martij sub occasum solis, eorum uenique cæcis,
Romam ingressi, porta Flaminia, uisus ut hinc ad
S. Marcum, & inde ad Societatis Iesum domum
peruenerunt. Cuius tempore longè hæcque per
Vrbem uariis increbuit rumor: dicebant enim
quidam

quidam, adesse Reges noui & ignoti orbis alij,
Antipodas Romanis venisse. Quomobrem è ve-
stigio omnium ordinum multitudo aduolauit.
Eo curru deinde ad templum Legati adierunt, &
ad maximam Aram, Christiano more Deum ve-
nerati, quod eos in colentes esse voluisset, ac ter-
ra marique summis in periculis benignè tutaram
esset. Hoc Legati dum facerent, summi Collegij
Germanici duos in choros distributi, inausi-
mo concorsu, Te Deum laudamus, aliisque pre-
ces catholico ritu decantauerunt, quæ sanè res, Le-
gati ob egrètam pietatem fuit longè turundis-
sima. Quomobrem eorum vnus, infirma valetu-
dine, febriliq; vexatus, neque sedere tamen ante
focum, neque saltem confurgere aut erigi voluit.
Gratijs itaque Deo placatis, in domum Patrum
ad quietem honorificè celsidit cum sacibus de-
ducti sunt. Sic enim Summo Pontifici placuerat
vt pars quidam nostræ domus pulcherrimè re-
ornata, vt attribueretur, quod Legati noissent vel
hospitio ab ijs disungi, à quibus ad Christiana
sacra, & ad Christianum orbem aduersi iussissent.
Nihil dico quanto apparatu, quantaq; huma-
nitate fuerint à Patribus excepti, parietes ipsi
profecto pessime, lacrimasque exulare videbantur.
Postera die visio dilata, cum tota Vrbe fre-
quent, & ludibundus populus, equis, curribus-
q; concurset, loca omnia publica, priuataq;
gratulationibus plausuq; personare, III^{us}. Car-
dinales in Vaticanum ad Summum Pont. festi-
nare coeperunt. Interea Legati ornatissimo cur-
ru ad Flaminiam portam deuicti, comparauerunt

se vt

se vt in Vaticanum progredierentur. Eodem ve-
nerat ex tota Vrbe nobilissimos quisque, accef-
serant è Vaticano aliquot equitum turma, & cū
his magna pars Heluetia Phalangis, Cubicula-
rij quoque Pontificij complures etiam Episco-
pi & Archiepiscopi, ac tandem inargræ fere illu-
stris, Cardinalium familiæ, presertim verò ij
qui galeros eorum honoris grata deferre solent
Legatis vesticolor erat vestis, opere acupicto,
ad leuam breui Machara, ad dextram Arabico
pigione cincti, reliquos cultus Iaponius, nobi-
lis quidem, sed barbarico simillimū. Pompa
omnis è Porta Flaminæ ad Mausoleum Augu-
sti, inde ad Marmoræ suæ, & foraticam B. Apol-
linaris processit, hinc recta ad portam Eliam &
Arcem, quam dum præterirent, vt nubes & aër
tonitros, ita vicina omnia bellis tormentis qua
siebantur. Ad plateam Vaticanam progressionem,
Italicum Prædicium & Heluetia cohortes, iterum
bombardis, tubis, tympanisq; excepti. In Reg-
iam talem legatimq; conuenerunt, celebra-
rimo apparatu sunt acta. Eos vbi vidit Summus
Pontifex, & dum complecteretur, cum multis
alijs sepe illacrymans esset. In Regiam itaque Au-
lam admissi, cum sibi decessissent, primo le-
cte Regi literæ, gratia deinde Regem nomiq;
habita, ad extremum, amplexus morte maiorem
peractis, cum Sorbus Pontifex condorresset
Legati Pontificia chlamydia haurum testenta-
runt. Et at Martyr eum Summus Pontifex è Va-
ticano ad sacram eidem supra Mausoleum, flato
solem.

solemniq̄ue ritu , ob Dei matris Annuntiatæ
memoriam descendisset, hi Legati supremo lo-
co aequitarunt . Quid plura? Dici non potest
quanto sint in honore , quam omnium ordinū
summi infimiq̄ue benignitatem Dei prædicent,
qui hoc tempore ad Catholicam Ecclesiã, mul-
to plures à solis ortu & occasu adducit , quàm
malus Dæmon in Aquilone seduxerit . Nemo il-
los Laponiorum, omnes fratrum numero habêt.
Senatus hodie , Populique Romani Tribuni,
elutaturi eos, & aduentu ijs gratulaturi dicun-
tur, quod alijs Regum Legatis nunquam factum
audiui. Nec immeritò: Post conditum enim or-
bem, & natos homines, nulla fuit legatio, quæ
studio Religionis, aut Imperij Romani adnura-
tione permota, ex tam longinquis & remotis
gentibus, ad vltimū Pontificem aut Imperatorē
vñquam venerit. A Domino factum est istud,
qui lumen est ad reuelationem gentium, &
mortalium salus, vñque ad extremum
terre . Audient hæc recti & læ-
tabuntur, & omnis iniqui-
tas opilabit os
suum.

